

*Concilio Trid. entno. que nos in
noa a cneca*

**SACROSANCTI
ET OECUMENICI
CONCILLII
TRIDENTINI,
SUB PAULO III. JULIO III.
Paulo IV. Pontificibus Maximis.
CELEBRATI
CANONES, ET DECRETA.**

*ACCESERUNT DUCORUM ERUDIT. VIRO RUM
D. Joannis Sotealli Theologi, & Horatii Lucii J. C.
utilissimæ annotationes.*

**BULLIS ETIAM PII IV. PONTIFICIS
Maximi ad calcem adjectis.**

SUPERIORUM PERMISSU.

Vallis-Oletis: Apud Thomam de Santander.
M. DCC. LXXIX.



no. 1000

5461

DESCRIPTIO TRIDENTINÆ CIVITATIS.

Tridenti Civitas in finibus Venetæ Provincie inter montes in planicie posita est; muris vallata lapideis, quam ex Septentrione abluit Athesis fluvius, ambitus milliarius Itali. In eam latas, & lapideis structas, domos verò ita honorificas cernes, ut novam, non veterem civitatem præseferat; Tempa satis pulchra conspicias, sed in omnibus iis parum structura, arcem habet conspicuam, ut domum auream dicas potius, & quam possint, & Imperatores, & Reges percommode inhabitare, à Bernardo Clesio Trid. Præside aulam, & illustratam non multos antehac annos. Insuper placide in urbem per muros ab Oriente aqua rivus, superque edificia sœnicia, & molæ frumentariæ multæ sunt, & publicam commoditatem. Super Athesim, ad portam, que dicitur S. Laurentii, pontem habet magnificum, sed ligneum 140. passuum longitudinis. Montes circum se habet nivibus continuè obsitos, scopulosos, anfractus, præcipites, & ita præaltos, ut dicas cœlum montium cacumina contingere. Pæces habet duas, quarum altera vergit ad Septentrionem, altera verò ducit Feronam. Planitiem admodum parvam; sed ridentem, & arboribus, & vitibus mirum in modum coarsitam, quam Athesis circumit, & lambit undequaque. Promiscua habitantibus lingua, scilicet Teutonica, & Itala, sed Itali omnes etiam, cum placet, Teutonice loquuntur Tridentum Germanorum sentina, & Itatorum verò refugium est, cum quicquid fortunæ illis occurrit. Parum frumenti, sed plurimum vini, ac persuave habent, album, & subrubeum. Per æstatem Cælum temperatum est; diebus autem can-

SESSIO PRIMA

SACROSANCTI OECUMENICI

ET GENERALIS

CONCILII TRIDENTINI,

SUB PUALO III. PONT. MAX.

CELEBRATA

DIE XIII. MENSIS DECEMBRIS

ANNO DOM. M.D.XLV.

Decretum de inchoando Concilio.

Placetne vobis, ad laudem & gloriam sanctæ, & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ad incrementum & exaltationem fidei, & religionis Christianæ, ad extirpationem hæresum, ad pacem, & unionem Ecclesiæ, ad reformationem Cleti, & populi Christiani, ad depressionem, & extinctionem hostium Christiani nominis, decernere, & declarare, sacrum Tridentinam & generale Concilium incipere, & inceptum esse? *Responderunt, Placet.*

Indicium futuræ Sessionis.

Et cum proxima sit celebritas Nativitatis Domini nostri Jesu-Christi; & subsequantur aliæ festivitates